


DE
collegio Auscitano.

*Bernardi Podij Lucensis Carmen ad
Posteritatem.*

Eiusdem aliquot epigrammata.



TOLOSÆ,

Ex officina Guidonis Boudenilles
Academia Typographi.

1551.

166

DE
collegio Aufcitano

Bernardi Podii Lucensis Carmen ad
Posteritatem.

Tiusdem aliquot epigrammata.



TOLOSÆ,

Ex officina Guidonis Boudenilles
Academia Typographi.

1551

106

AD PETRVM FABRVM ARCHIDIACONVM APUD AUSCOS BER. PODIVS.

Deductas latius, huc ad vos, Faber, accipe musas,
Te duce, quæ cupiunt luce nitente frui.

BERNARDINVS DAZA HISPANVS, IURIS STUDIOFVS, AD PODIVM.

Autores memini ludere opusculis,
Quò terras celebrent laudibus, in quibus
Versatos aliquos, idq̃, satis bene,
Noui: verùm & ob hoc omnem alium scio
Postponi tibi debere, quòd hos tuos
(Illi sint licèt omnino recentuli)
Versus, posteritas clariùs efferet.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτόν.

Τούτο τοῦ ἐγκωμίου σοῦ εἶναι ἔργον,
Τό μ' ἀλαλαίου ποιητοῦ πεισεύσουσι,
Ἐξός τῶν, ὡς ἴδουσι, μὴ λέγειν χαριτωγ,
Ἀλλὰ μούσας σοῦ σῶματι λελεγμένας.

M V R E T V S.

Versus molliculi, venustuliq;
Enodes, terebetes, lepore pleni,
Puri nectaris hymbre dulciores,
Queis nil cultius, aut magis venustum,
Nil limatius, aut magis politum
Aetas veldedit ista, vel datura est,
Num vos Pierijs canens in antris
Doctarum chorus adidit sororum?
Anné ipse Aony chori magister.
Imberbi deus hæc notavit ore?

Non nos aut Aganippides puella;
Aut Phœbi nitida manus dederunt,
Sed qui viribus ingenij beatis,
Et musas, & Apollinem gubernat.

DE PODIO OCTOSTICHON

Lochiani Vfellici.

Mæonia vt vivit musa cantatus Achilles,
Virtutem illius nullaq; lingua silet:
Sic Auscana prius nullis celebrata Camœnis
Gloria, non metuit temporis inuitiam.
Posteritas illam Podio scribente videbit,
Gymnasi antiquum suspicietq; decus.
Ergo Ausci Podio tantum debere fatentur,
Acacides quantum debet Homere, tibi.

RODOLPHVS CONDOMIVS.

Viderat hunc docta cum Pallade Apollo libellum
Quamprimum Podij fusus ab ore fuit:
Viderat, & vat is sacrum admiratus acumen
Quid, si pergat, ait, scribere, quantus erit?
Iudice me nouus hic veteres superabit, & arbor
Non erit hinc laurus nostra, sed huius erit.
Sic Podio laurum Phœbus, geniumq; libello
Non inuita suum docta Minerva dedit.
Ergo age, doctorum volitare per ora libelle.
Ne dubita: duplici munine tutus eris.

AD LIBRVM BER. PODII

Iacobi Boffæi Epigramma.

I, Liber in lucem, celeri pede curre per auras,
Iam te lucis amor liberioris habet.
Ite nectareo genitor perfudit oliuo.
Quid stas? Icaria non ope tutus abis
At me vulgus iners naso suspendet adunco:
An nescis vulgus non ratione regi?
Hoc scio donabunt docti tua tempora lauro:
Num satis est, doctis dum liber ipse places?
Ast ego despiciar nouus, ac incognitus hospes.
Suspiciet veterem te bona posteritas.

VIRO CLARISSIMO BERNAR-
do Podio, Petrus Amorosius Au-
scitanus. S.



Onstitueram iam pridem aliquid, quod
meum erga te studium testaretur scri-
bere. Scio ego quam difficile sit, ex-
cellentissimo iudicio tuo satisfacere: ut vix quic-
quam sit tam exactum, cui musa tua notam
non praefigat. Quos ergo tu risus, dii boni excita-
bis? quum me hominem mediocris literaturæ
in collegijs Augustanis ingeniosum esse voluis-
se senties. Eris tamen aliquantò in me fortas-
se æquior, si tecum cogitaueris, hæc me non an-
tea scripta voluisse, quam tu loca aliquot Augu-
stanis in disquisitionem vocaueris: quin & in vri-
uersum laudes illustrium virorum Auscitanorum
in ordinem redegeris. Nullo enim alio inuitamen-
to alluci poteram, ut hoc tentare, nisi tu prior hoc
mibi iter quasi præmuniuisses, atq; hæc fenestram
aperuisses. Quare aut tu te mihi æquum iudicem
præbebis, aut ego tuum in te exemplum regeram:
Quod si animaduertam non displicuisse hunc
meum laborem ijs qui versantur in discendis tuis
literarijs artibus. Non leuis mihi fuerit stimulus
additus ad alia lucubranda, & fortasse ut solet

diem dies docere meliora. Reliquum est hoc, ut
lectores rogem, ne sint iniqui huius tui facti iudi-
ces, ac meminerint fauendum esse potius conan-
tibus aliquid honestè quàm obstandum. Bene va-
le & me Ama.

**AD AVSCITANAM IUVENTU-
tem I. Vermeliani Vß. octostichon.**

Docto debetis Podio vos, vestraq; pubes,
Et schola, & Auscorū quicquid in vrbe nitet.
Namq; diu cum Palladia vos fouerit arte,
En studet & scriptis perpetuare suis.
Si prior ille labor redimi nullo valet auro,
Hic, quo posterior, quo vel uterq; potest?
Vos igitur vestrum saltem cantate pœtam:
Quamquam quis cantus sat celebrare queat?

IDEM AD PODIUM.

Gymnasium Auscorum tibi se debere fatetur
Multa Podi, ingenuè nosq; fatemur idem:
Carmine quòd docto illius describere laudes
Coneris, numeris & celebrare tuis.
Perge igitur, tibi deuincito hoc nomine plures,
Perge, nec à cœpta dimoue àre via.

POSTERITATI BERNARDVS
Podius Lucen.

EN tibi posteritas, iudex aequissima rerum:
 Quæ forsan seculo nobiliore leges.
Forte tui cupient nostræ cognoscere vitæ
 Tempora: cur à te est suspicienda domus.
Quæ tibi vitæ peracta dedit monumenta, Nepotes.
 Quærent, quæ placeat commoditate locus.
Quid sit quòd latis cingantur mœnia sepis:
 Illaq; præ reliquis exeruisse caput.
Quæ potero, bona posteritas perstringere, dicam
 Materia numeris conueniente meis.
Prouida mens alti cœlos, terrasq; profundum
 Phœbeum voluit lumen habere maris.
Phœbeum natura iubar terræq; mariq;
 Protulit: & clarum fecit adesse diem.
Monticulo reliquas omnes supereminet ades
 Quæ domus. Aërio est conspicienda iugo
Hic quoniam legit Phœbus cum Pallade sedem.
 Quò duxere deas ex Helicone nouem.
Sol radijs nitidus terras splendore coruscis
 Omnia dum lustrat, tetra fugare solet.
Sic nunc, Pieriæ postquam voluere sorores
 Hic sedem, Aonio & mixtus Apollo gregi.
Barbaries cessit iam pulsa, deditq; Camœnis:

Ornavit postquam verba latina leper.
Auscorum regionis apex sua lumina præbet.
Nobile sic lustrat cætera Gymnasium.
Artes ante suere, novemq; in honore sorores:
Floruit, & quædiu Roma diserta fuit.
Quid nonne illustres nobis laudantur Athenæ
Vrbis tantus erat, Gymnasusq; decor?
Id tibi perpetuæ dabitur Germania laudi:
Cum Phœbo musas te coluisse novem.
At nil perpetuum, longum nil stare videmus.
Tempore deformis cuncta ruina premit.
Nam postquam hinc sublata fuit studiosa honorû.
Musarum subito tentat abire cohors.
Italiam Græci, Italiam subiære latini.
Quæ quondam à doctis Græcia magna fuit.
Sed postquam hic bello doctis iniuria facta est:
Ecce aliò rursus cogitat ire cohors.
Accepit dulces populosa Lutetia Musas.
Gallica tum cæpit cura fouere viros.
Burdigalâ veniit (nec longû) ad claustra Garûnæ.
Cæpi vbi ego studys inuigilare bonis.
Pæridum tali decuit sedem vrbe locari.
Ausonij Musa cum subiære lares.
Quam plebs Phœbigenam coluit studiosa patronâ.
Hic lyra dulcicanæus cum sub honore fuit.
Oppressa verò sumestis cladibus artes.

Tristandus postquam Monehianus obit.
Burdigalam senos equitum sex mille magister.
Cum per Vasconiam duxit in arma viros.
Urbem deseruit Cythara, fidibusq; relictis
Phœbus: Parnasi depereunte iugo.
Deseruere lares qua tempestate Camœna.
Ansonios: alia & terra petita fuit.
Errantes tandem medijs sub finibus: ecce
Constitit ante suas pulcher Apollo Deas.
Dicite (ait) fœlices quonam tenditis: ibo
Semper ego docti duxq; comesq; gregis.
Non vos errantes deceat per denia: nullus
Esset lauriferi sic Helconis honos.
Nec fas Vasconia terris excedere: cum sit
Barbaries multis semisepulta locis.
Tum Musæ, Phœbi nos dicta capefcere fas est.
Illa placent, quando noster Apollo mones.
Fœlices Ausci incrementa dedere Camœnis.
Struxerunt nobis mœnia (Phœbus ait)
Imminet alta domus, varijs innixa columnis:
Caupenam certum est quas posuisse senem.
Publica Gymnasio Gyliquinum cura: disertos
Præfecit studijs publica cura viros.
Allobrogum Ascitus quo iam Puteanus ab oris
Venit: ventura posteritatis honos.
Florismundus, vbi Bordanus, amore camœnas

Dignati, sedes commeruere pias.
Regius instruit cuius, doctorq; iuuentam.
Hic annos aliquot floruit Ammonius
Orator summus, vatum doctissimus: illic
Explicuit Tulli Vermelianus opes.
Illum ego nunc iterum ducam. Heriseuq; Loitum.
Sic me cognoscent consuluisse solo.
Condomaum addam qui non torpere tyrones
Coniungens græcis verba latina: sinet
Quo veniet numero vatum selectus ab omni
Muretus: seculi gloria rara sui.
Solus enim rerum proprias discernere causas,
Et quod tercentum non potuere, potest.
Ille est quem celebres vnum mirentur Athena.
Debuerat qualem Roma stupere virum.
Castali decus omne chori, mea maxima cura.
Est gregis Aonijs laus, Heliconis honos.
Grandifono cum vult distendit guttura bombo
Dicere qui regum clara trophæa potest.
Orpheas, cum Inachio phœbeaum Amphiona vincit.
Arteq; me cogit ponere saepe chelim.
Ille incrementum Iouis est, virtutibus auctus.
De me si seruent fata: secundus erit.
Me duce perficiet patriæ Lochianus honorem.
Cuius tu cinges Calliopæa caput.
Nescient Pyerides lauro meliore coronam.

Totius quoniam est splendor, honosq; chori.
Quintius huc veniet, latia facundia lingua.
Proderit his aliqua Barrerianus ope.
Ire licet, nam Roma, ibi Athena, publica talis
Si pergat meritis cura fouere viros.
Munere, non Ausos studijsq; iuuare grauabit.
Insomnis quibus est inuigilare labor.
Ah pudeat renegasse quibus cū nostra ppago est.
Fabri vbi multiscj tres habitare solent.
Visere sit nobis Fabrorum cura penates.
Quod (veluti legum) lumina nostra sient.
Quorum praesidio facunda Tolosa tumescit.
Patria sub quorum nobilitate nitet.
Gallia quos tutum vocitat virtutis asylum.
Quorum est ingenio nobilitata domus.
Pluribus ecquid opus? nonne est Ferrerius illic.
Gloria Vasconia, & iuris vt erq; decus?
Quod si de multis pendet suprema potestas:
Succedent nobis auspice cuncta Ioue
Nam floret tellus Auscorum praesule: musis
Qui dabit auxilium, praesidiumq; nouem.
Gloria Francorum, Iouis est certissima proles.
Quo duce, Pyeridum non morietur honos.
Hectoridum est vindex, virtute potentior omni.
Cardineis fulgens splendor, honosq; chori.
Incljta Turno domus multis notissima seclis

Progeniit: nostrum fecit & illa ducem.
Et cum sint de clara stirpe insignibus vsi
Est quorum virtus cognita stemmatibus.
Lilia Gallorum proceres diuina dedere:
Quò sit nobilibus suspicienda domus.
Nobile stemma dedere Hector, Priamusq; leonis.
Quò sint Troiana cognita facta domus.
Hectora, Turnonum Gallos quoq; stemmata reges
Nomine iustitia conueniente refert.
Franciscus praesul fouet à Turnone poëtas.
Qui Musis faelix inclita templa locat.
Margaris Henrici Gallorum à nomine regis
Gaea, Nauarrorum cui famulantur opes.
A teneris letas fouit dux ipsa sorores:
Qua regina non destituemur ope
Qua fore cognoscent nobis loca grata: sacello
Nam fontem in casto pandere cessit amor.
Hic risere Dea, paruo latet abditus agro.
Qui locus est diuis, numinibusq; sacer.
Dixit, & illa probant Nympha, mittuntq; per oras.
Vasconia aligerum, talia iussa loqui.
Mox Ausis fontem plano denudat agello:
Structa sub antiquo mœnia more docens
Falcatum cuius murus tendebat in arcum.
Musosum hic gracilis cingit arundo caput
Fama volat fontem Hippocreneum esse repertum.

Ex quo Castalia clarior vnda fuit.
Quem spirare putant multi dulcissima, anhelam
Qua Aonio pellent pocula melle sitim.
Gymnasio phœbum, & musas includere doctas
Dum ciues ardent: nemo negauit opem.
Regem adeunt Franciscum, quorum vota probauit.
Nec iustas populi respuit ille preces.
Legati & legata iubet Clarmontis in usus
Conuerti (ne sit barbaraterra) pios.
Cum senis octo, quingentis, mille sub annis.
Fama it, Barbariem deseruisse locum.
Gymnasiū est cui Turno domus, sic dotibus auget.
Quo duce principijs fama secunda fuit.
Dissipat & Boreas nubes aquisimus atras.
Dum studet Aonios pandere fonte sinus.
Cum Vignalino, Magæus in ordine primus.
Cum Marca, hic patria gloria summa Faber
Doctus ibi est Scribanus, qui sup Aethera rotas.
Nos quacumq. potest dote iuuare, iuuat
Tum Farganus, ibi simul est Burinus: utrumq.
Effecit celebrem Religionis Amor.
A Supranilla, hic Tremolettus vota, precesq.
Syncera Christo fundere mente solent.
Sit quamuis gemini nodosa scientia iuris,
Vrbes vicina, hinc oppida iura petunt.
Iustitiam reuocant diuino sedibus altis

Consilio hic reddunt debita iure reis.
Legibus in fontem, viduam, & tutoribus orbem,
Pupillumq; omni sedulitate iuuant.
Cultor vbi legum factarum Oialus: honore
Splendescens, lingua, consilioq; potest.
Ille solonigenas leges, & iura Lycurgi
Doctrina, eloquio restituetq; suo.
Aequalis causas index Cabanarius audit.
Qui solet interdum sollicitare reos.
Si quam Pontificum litem aut cuius requirat
Ius: Bonacassa citò soluet, agetq; senex.
Hic cum Caupena est Ricadanis: vterq; disertus
Causidicus: quorum pendet ab ore cliens.
Sperat Amorosius quondam succedere: multos
Prater eo, longum quos numerare foret:
A doctis medica hic tractatur in arte Galenus.
Pharmaca praescribunt, Hippocratemq; docent.
Prestat Pergameus, qua vix Podalyrius: Aegris
Nec similem Chiron tradere posset opem.
Gloria vasconia exercet Ferrerius artem.
Sic, vt destygia Mille palude trahat.
Lanificas Genisthonus connectere fila
Cogit saepe deas: languida membra leuans.
Tanquam olim traxit media de morte Machaon
Aegros: sic doctus noxia pellit Adam.
Musica Cadeaco tinnet, Euterpeq; Marando.

Alter concentus, Organa & alter amat.
Pythagoras quos nec cognouerat, arte Solanus
Quos veteres numeros nec docuere docet.
Bellioocus certis constare mathemata causis,
Astronomi mensus, Geometraq; colit.
A multis refici ambages, & limina flexu
Possent, qua posuit Dadalus ingenio.
Hic duo Parrhasy. Præco vel nobilis ipse est.
Nunc iacta artifices Grecia magna tuos.
Insuper eximij proceres, melioribus augent
Auspicijs urbem: quam pietate regunt.
Prudens quos inter Podius cum laude gubernat.
Urbs non immeritò quem veneratur amans.
Pnyolius, Bartha, hic Manhanus vterq; Faberq;
Qui meliore suos conditione beant.
Rupeus hortatur, Falgofius vrget, & instat.
Amianus seruat cum probitate fidem.
Quò iam neglectis academia venit Athenis.
Ad Phæbi sedes, Gorgoneumq; iugum.
Quotidie vt doctis post tintinnabula linguis
Auscorum ingenijs spiret, Apollo bonis.
Praeficitur (quoniam sic fata tulisse videntur)
Gymnasio, & studijs nomina fontis habens.
Crescit amor studijs, Phæbi, dotesq; Mineræ:
Fontani crescit nomine fontis honos.
Non alio poterant Helicone manere sorores.

Hic etenim doctos annumerare licet.
Doctrina, antiquos possunt qui vincere lingua.
Phœbæa æternum ut nomen ab arte ferunt.
Cum numeris zonas spheræ, & curuamina voluunt.
Sedibus in proprijs sydera celsa locant.
Ingenua auspicijs florent sælicibus artes.
Ut non sit terris vrbs habitura parem.
Iura Platonis, Aristotelis præcepta, sophorū
Magnorum, hic mira dexteritate docent.
Hic quoq; de multis fontes panduntur Achivi.
Cum latio, & si quid doctius orbis habet.
Aures hic inueniunt rescit facundia, desunt
Nec multi, doceant qui Ciceronis opes.
Grammatices prius, eloquijs fundamina ponunt.
Qui pueros acri sedulitate docent.
Mureto, Lana, Lochiano, vbi Condomioq;
Barreriano, vti Rinalioq;, potes.
Huc igitur propera, & quando licet, utere lector
Doctus ut Haroa conspiciare toga.

IACOBVS BOFFÆVS AD
Podium.

Nescio qua populis Auscorum muneribus debes,
Hoc scio, quod debent muneribus multa tibi.

DE TURDO LACERATO FON-
tani Gymnasii hæc apud Auscos.

Turdum delicias meas, sorores
Lugete inter aues dijs sacratum.
Et tu si qua fuit lubens, Minerva
Vsquam docta tuam sagacitatem:
Fac questus ut eant Deorum ad aures
Pro turdo: Veneres, cupidinesq;
Vestrum flete: hominum & venustiorum
Quantum est, fundite cum dolore luctus.
Fundat gymnasiu cohors querelas,
Indignum facinus: fletat voratam:
Heu ploret studiosa auem sub actam.
Fontano dederat suo Minerva,
Cælorum abdita ibi loqui scientem.
Rauco præscia quæ docebat ore:
Pelli Barbariem & monebat Auscos.
Docto sub domino suo. Loito
Narranti quoq; multa suggererat:
Cuius multoties legentis aurem
Vellens admonuit. Canentis antè
Audiret, docilisq; lectionem,
Cæpi Grammaticam ut meos docere,
Vidit quotidie loqui latine,
Doctores: epulas, cibos & inter:

Pelli ut Barbariem moneret Auscos.
Qua iam Barbaries vomens venena,
Formatos meliore & esse cultu.
Tristis conspiciens, quatit furore
Corpus pulsa suum: doletq; inulta
Terras linquere: cum videt docente is
Nusquam posse premi, duces Mixelua.
Furem sollicitat prece, ut relinquat
Qua sunt aucupia in labore multo.
Nec mentita, futurum (ait) docebo
Turdum, gymnasio tibi saginant.
Catus credidit: & pio silenti
Turdo est insidiatus. obloquentem
Fur crudelis auem dolis maligni
Aelurus lacerant, hunc sacratum
Phœbo, delitias nouem sororum:
Turdum Palladis, omniumq; ocellum
Non illi benè vertat, at dehiscat
Tellus ima guloso: ibi reclamet,
Nec desint comites labore luctus.
Vos turdum. Interea dolore multo
Lugere, inter aues dÿs sacratum.

QVINTINVS LIGEOTVS,

Charliensis de Bex. Podio.

Auscorum Podius musa pulcherrimus oras
Detinet, Aonijs guttura tinctus aquis.

DE FONTE NYPER REPERTO
in quodam agro suburbano. Apud Auscos
in Aquitania.

Qua latuere diu, cū erumpant: Aurea rursum
Ecquis aquitanis secla redire neget?
Concaua cum reserent antiquos saxa Penates,
Quis non signa putet diuitis esse boni?
Cum tectis foditur plumbumq; aurumq; cauernis,
Arx quando vario picta colore nitet.
Pressa prius pateant sterili à rubigine: quisnam
Aurea Aquitanis secla redire neget?
Pluribus hac spondent fœlicia tempora: quales
Iamdudum voluit turba videre iocos.
Promittunt longo mansuras tempore sedes
Principibus: regnis otia lata suis.
Longum ergo Henricus Rex, à Turnoneq; præsul,
Valesius viuet, duxq; comesq; soli.
Conspicua quid non promittunt ciuibus arces,
Quas pridem tectas sustulit vna dies.
Tercentum exactisq; nouem perfecerat orbem
Sol lustris, flaua tempora mæsis erant.
Forte suburbano messor de rure redibat,
Cum media obiecta est lucida gemma via.
Effodit, qui nec prius absistit loca circum,
Quam tristes videat cæca per antra rogos,

*Vrbis enim prima fuerant ibi moenia, qua bis
Sunt data in hostiles diripienda manus.
Fama vagatur ea, Auscorum peruenit ad aurem.
Visendi studijs undique turbaruit.
Panduntur porta, iuuat ire, accurritur vrbe;
De summa, Oralus quo comitatus adit.
Suspensi ambiguas coeperunt spargere voces,
Et tentare ardet, plesq; cauare locum
Assensere omnes mirantur marmora, ciues
Marmorea esse putant saxa reuulsa Paro.
Secta est omnis humus, peritusq; cauata latebris,
Quas dum perlustrant, saxa polita stupent.
Sunt gemina porta, solidoq; Adamante columna.
Stellantes Gemmae vestibulum ante nitent.
Syluestri tandem fons est constructus agello,
Falcata irriguis sede repertus aquis.
Connexus fornix paruis nixusq; columnis.
Ad dextrum iuueta est plumbea capsula lateris
Cuius labra duo late extendentia fontem:
Vnde cauo duplici lympha canale fluit.
Tres sunt Euripi phrygio de marmore: circum
Area marmora est. Quadrupla forma loci.
Cuius in accessu patet Aerea ianua, et ante
Marmoreos fulgent binae labella gradus:
Arte laborata, umbrosas surgentia in arces
Aerata hospitibus clausa fuere sera.*

Qua duo marmoreo duplici circumdata muro:
Vestibulum ante ipsum picta colore nitent.

Qua si non consumpsisset cariosa vetustas.
Vidissent decora, hinc Artificumq; manus.

Prob dolor! inuidiosa potest abolere vetustas:

Quae fortè Heroum sunt fabricata manu.

Incluta calcantur Cumea moenia fame.

Delie sic tripodas occulit herba tuos.

Templa iacent, vbi reddebant oracula Sybilla.

A tria stemmatibus qua nituere prius.

Mantua, Parthenope similem sensere ruinam.

Direptos queritur libera roma lares.

Thebae, cum Megara, Lacedaemō, nūc vbi Athena

Cecropia? Sestos? cum Aulide Abidos vbi est?

Nūc vbi Troia manet? Priami arx, vbi? statq; supba

Regia? opes vbi nunc sunt Menelae tuae?

Qua quondam fuerant letis onerata trophaeis

Limina, eheu quali diruta mole iacent.

Cum muris vrbes simulachra hominumq;, deūmq;.

Omnia consumunt tempus, & hora frequens.

Hic, nisi opus tantum mutaissent tempora: nunc nūc

Aspicerent qua tam clara fuere prius.

Pons ortu ignotus, sed nil est Purius illo.

Ostia, tot cursus, quanta Coaspis habet.

Ambigitur sed adhuc quisnam construxerit: Arā

Esse putant: fontem qualis ad Oedipodem.

Sunt etiam varijs monumenta reperta figuris:
Inde ferunt Lycij fontis habere notas.
Formarum quoniam vestigia visa: putarunt
Nunc foret ut veneris fons Sabatinus aqua.
Solis aut rigidis, turba & feruentibus undis:
Turgidulos oculos quaq; leuare queant.
Ac dubium, est veluti Tungri fons, corpora purget:
Nonne salutifero pectora rore leuet.
Mentem siue adimens lethaea obliuia seruet.
Sine aliqua morbis num medeatur ope.
Quid si forte sient bene olentia flumina: quondam
Qualia de Baccho Naxia turba bibit.
Fistula, ibi moduli, castella, specusq; lacusq;
Balnea sic dubium num tenebrosa forent.
Gesserunt aliquod Gotthi nomenq; decusq;
Aussua dum stabat, dum Elefaburris erat.
Dum Comes Auscoru incolumis, regnuq; vigeat.
Lumine quem cassum prodicione dolent.
Multorum capitum studia in contraria monstrum
Scinditur, incertas plebs sequiturq; vias.
Inde flunt rui, sed quis non credat amoenum
Fontem esse: a summalabitur arce liquor.
Ima susurrantis residet circum vada muscus.
Vnda ruit praeceps, tantus in Anne tumor:
Quae circū o quoties vocū modulamina Nymphae
Fecerunt Auibus mille referre modos.

Quem circum Aonides choreas egere puella,
Cetus Hamadryidum, Naiadumq; cohors
Hic dulci seffas cythara resonante sub umbra,
Fontis aquis sistens, fuit Apollo deas.
Detinuit plures fidium dulcedine captos.
Præfuit Auscorum dum comes ille solo.
Qui postquam morti datus est, clausere sorores:
At dux cum redijt, pandit Apollo sinus.
Gymnasiumq; recens fundatum est munere diuinum:
Nunc ubi Gorgoniis ora rigantur aquis.
Ingenijs præ sunt, facundaq; pectora reddunt
Cum Phæbo Aonidum, Pieridumq; chori
Carmina muscoso incipiunt iterare sub antro.
Oestroq; incendunt pectora Pierio.
Træstulit huc phæbus sacras sibi Phocidos undas:
Spirat ibi iuuenum Delius ingenijs
Hic Aganippæos Cupidis haurire per amnes
Castalylicet, & Bellerophontis aquas.
Fons Hippocrene hic, iuuat impallescere chartis.
Aemonia & curas Attenuare lyra.
Tres illi Euripi, Charites sunt. Bina labella
Palladis, & Phæbi numen habere notant.
Sic referunt bifido sub monte habitasse Camenas.
Conuexus fornix, signat inesse iuga.
Area quod duplici muro stat cincta: laborem
Virtuti Aethereos præposuisse deos.

Ianua non omnes sic posse calefcere: vates

Sed fieri ostendit, mentem agitante Deo.

Huc, quicumque voles Parnasi tangere colles.

Pallada, qui Phœbum per iuga summa sequi.

Huc, quicumq; voles Nympharum inuisere cætus.

Et tibi de lauro texereserta deas:

Huc, vbi spirat Apollo, sacra tutela pœtæ:

Quos silua dignos laurifera esse facit.

Si te tangit amor laudis, fama q; perennis

Huc propera: Aonias ebibiturus aquas.

EIVSDEM BER. PODII EPI-
grammata aliquot.

CHRISTO OMNIPOTENTI.

P Rincipibus scribunt alij sua carmina vates:

Quorum se tutam musa favore putat.

Pro ducibus rauco distendunt guttura bombo,

Qui pro argumento lata trophæa canunt.

Auspicijs Phœbum, suetiq; vocare sorores.

Vnicus at mentem spiritus intus alit.

Qui rerum est autor, reserans penetralia cordis.

Qui dat materiam, qui fauet ingenijs.

Ergo primitias perituri Christe libelli,

Accipe quæ potuit nostra Thalesa loqui.

BERNARDINO DAZAE, IV.
ris studioso Hispano, libellus.

Accipe me incultum, castigatumq; remitte.
Luce aliter nolum liberiore frui.

DE M. TVLL. CICERONE.

Nestoris est summi dulcedine nomen adeptus
Tullius eloquij.

Dulchius salibus fuit, armis qualis Achilles.
Hector & alter erat.

Commoda (quo nemo fuit observantior equi)
Publica semper amans.

Quanta dedit nobis monumenta? quis ergo secūdus
A Cicerone fuit?

FRANCISCO A TURNONE
Cardinali archiepiscopo Auscorum.

Nescio quo fingant Helicone manere sorores
Vates: quasq; putent Bellerophontis aquas.
Curve ducem Phœbum divinis laudibus ornent.
Castalis vnda quibus spiret & ingenijs.
Es saltem tu Pieridum nova fama sororum.
Iam duce te ingenijs doctus Apollo fauet.

Per quem apud Auxenses posuere cubilia Musæ.
Sunt ubi Sicelidum, Pegasidumq; chori.
Tu Phœbo, tu musis incrementa dedisti
Nunc per te, sterilis, culta pœsis erit.
Carmen es ergo tuis, es materiesq; pœtis,
Hinc Musis Heros cura futura nouen.
Inter & Heroas poteris traducere vitam
Longauam: tantus nec morietur honos.

ILLVSTRISSIMÆ MARGVA-
rita Nauarrorum Regina.

Regibus à tantis Regina nepote, marito,
Te nemus omne, Polus, terra, fretumq; canit.
Est vitium toties veritum numenq; decusq;
Diuinè es postquam scœmina nata solo.
Permisit comitem Phœbus sacri agminis ire,
Lauriferum, scœlix teq; habitare nemus.
Nam tibi si facili versus includere ritmo:
Iungere siue libet libera verba: potes.
Sive paras maius, latia non inscia lingua:
Pierides, dextra plaudet Apollo tua.
Non inuisa cano. nam diu pœmata testes
Sunt tua: qua monstro gens stupefacta legit.
Secula nostra vident, miranturq; aurea doctas
Primitias: & opus quale Thalesia dedit.

*A te etenim doctè Herodis Comædia scripta est,
Ut morti iuuenum millia multa dedit.
Legimus adiunctas binas. Agniq; triumphum.
His bella est sacris fabula mixta modis.
Et primas fuit inter spirituale κέροντος.
Atq; iocos cantat carmina turbatos.
Vnde sacris moustrum est te aequari vatibus: alta
Nobilitatis honos cum grauiora facit.
In quo tu rara es. quid rara? Imo vnica Phoenix.
Edere qua carmen fœmina tale potes.
In versu Sappho, potuere Valeria Falco.
Confiteor, tantum nulla tamen potuit.
O splendor! gallæ & decus admirabile gentis!
Virtutis solùm laudis amore tumens.
Est virtus aequata astris tua: pondere laudis
Inde mea est tanto musa grauata tua.
Nec tantam charta possunt attollere famam.
Virtutis cum sit rumor, honos, & opus.*

IEANNAE NAVARRAE MAX.

*Regius est sanguis, tibi iuncta est regia proles,
Fœdere, dissidys, & sine labe, thori.
Virginitatis honos, superas qua Pallada, cedunt
Cui Iunonis opes, mater & Aeneadum.
Cum Phœbo en matrem Musa fecere beatam.*

Cuius blanda deas gratia tres superat.
Illa fuit doctorum semita rara: Deorum
Nectare, quæ cælo pascitur. Ambrosia.
En princeps præclara exempla domestica. quæ te
Inuitant vitam, ad perpetuamq; decus.

D. HENRICO REGI NAVAR-
rorum sanctiss.

Non tibi opes desunt, robur, virtusq; fauorq;
Cantabros possis subdere vt imperio.
Quid non bella geris? mars & sors omnia spödent.
Posses, ais, est virtus nolle nocere tamen.

D. ANTONIO VALESIO PRIN-
cipi vando. Generosissimo.

O maris, ò terra varijs defuncte periclis
Maeste animo, patriæ ornamentum, diua propago.
Cui cedunt Itachi errores: super Aethera virtus
Heroëm q; locat. quem Gallia suspicit vnum.
Cui debentur Aquitani, cui regna Navarra.
Qui toties potuisti debellare superbum
Caesarem: & hostiles constans superare cohortes.
Ten' ego commendem: tua te cælestibus addit
Gloria syderibus. te diuinum sedibus æquat.

DOMINO DE TERMES EQVI-
ti summi ordinis meritisimo.

Salve vindicibus cui multum debet ab armis,
Cuius ab auxilio Scotia tuta manet.

Pro patria qui solus es inuictissimus Hector.
Salve qui in patriam iusta trophæa refers.

Vasconia forsitan nomen latuisset in ævum.
Forsitan & regio depopulata foret.

Ni tua tot pridem peperisset fama triumphos.
Ni per te Europa redditus esset honos.

Ausus enim inuictus vitæ discrimina mille:
Pro patria prudens vnus adire tua.

Ergo dignus eras non hoc summo ordine: sed quem
Consortem faceret Iuppiter ipse poli.

DE REDITV A GALLIS MI-
chælis Fabri præsidis prouinciæ meritisimo.

Dic quanam attonitum subuertant nubila mentē.

Quid stas? non paruum pectora pressit onus.

Dic rogo succumbant quali sub pondere vires?

Venit præses, quo docta Tolosa tumet.

Quid tum? Pierides dant munera: sic ego vellem

Gratia si qua esset, carmina pauca dare.

Non opus est laudum cumulo cui curia voces

Dat merito: Augustum quem colit vna patrē.
Iam præcellit auis, recti, & pietatis amator.
Ut sit virtutis patria præco sue.
Æquior ille manus humiles, miserāda præcantū,
Verba audit iudex & miseranda rei.
Nec vult à misero præsentia dona cliente.
Dat potius, si quem fors male fida premit.
Consilijs adhibet Pylum melioribus: auctus
Demum est fortuna prosperiore Faber.
Iustitia est cultor, quæ dum simul omnia voluo:
Deficit in tanto nostra Thalesa vivo.
Sit felix igitur iudex æquisanūs: illa,
Præstans: quæ magni non potuere duces.

PETRO FABRO PRÆSIDI
Tolosano sanctiss.

Si quem nominibus dignum longæua putarunt,
Non poterunt famam secla tacere tuam.
Si quis auos etenim generoso à sanguine iactet:
Est tua nobilibus suscipienda domus.
Reddere ius multis, æquali & debita lance
Vidimus, & tristes sollicitare reos.
Esset opus numero numerum coniungere arena
Si cupiam laudes commemorare tuas.
Quare cum vires minima, & sit magna voluntas

Si quid non potui sit voluisse satis.

BLASIO OIALIO CAVSIDI-
co disertiss. Apud Auscos de tribus
Fabris.

Nemo vnquam scripsit tres vno tempore Soles
Illuxisse simul, purgantes lumine terras.
Nunc tamen à nobis nutu cernuntur eodem:
Et miraris adhuc? pars maxima suspicit orbis
Tres Fabros: quibus est vnum nolle, vna volūtas.
Par studium, quibus est eadem coniunctio morum.
Tetra fugat Sol, oderunt tres crimina fratres:
Castigantq; dolos. ex ordine cetera Fabris
Conuenient: Soles num igitur tres iure vocabo?

IVLIO CAESARI SCALIGE-
ro Heroi.

Mille duas olim descripsi versibus vrbes.
Gymnasium Auscorum, Burdigalaeq; lares.
Margaris à nobis cantata Valestabis. ter.
Materia dixi conueniente duces.
In quibus Aonides mihi se exhibuere sorores.
At te cum meditor dicere: Musa stupet.
Nuper enim cum pendebam dicentis ab ore,

Te noui humana mentis habere nihil.
Scaligero non stemma dedit, neq; nomen Iulus.
Troiano Caesar maior es, Ascanio.
Nec te fecerunt Heroem nomina Iuli:
Magnanimo Caesar Casare maior eris.
Iura dedit populis, debellauitq; superbos.
Scripta tua orbis habet, Barbariemq; premis.
Si testes bellorum commentaria scripsit.
Consulis in multis vita, animaq; tuis.
Hastas sustinuit, pro principe tela vibrasti,
Sed pius: ille tamen sanguinolentus erat
In commune nefas totum concusserat orbem:
Dum gessit campos Bella per Emathios.
Ille ferox armis plures consohit ut urbis
Mœnia Romana diruta mole forent.
Pacis agis causâ, & medica innumeros trahis arte
Orco: sic maior Casare Caesar eris.
Diuum non hominem contemplor, Iure Thaletæ
Te cum igitur meditator dicere: nostra stupet.

D. GERALDO RUSSELLO EPI.
scopo Oleronensi sanctissimo.

Ortus si narrare foret primordia laudi.
Dixissem gentis quæ sit origo tuæ.
Stemmata quid faciunt, & vsus subvertere possit,

Omnia cum subito que valere ruant.
Cum muris vrbes simulachra hominumq̄, deūmq̄
Præter virtutem, cum brevis hora terat.
Sit quanti virtus igitur facienda, sub altis
Testes quos cœlis vt meruere locat.
Christicolas inter fueris multo ante receptus.
Viuere nos sancta religione doces.
Mentes tu christi sacra verba reponere in imas.
Commissum hortaris pastor omni e tibi.
Sanctarum doctus legum dissoluere nodos
Diuina vt multos iura docere soles.
Qui quando hortaris, clerus tū obtemperat omnis
Suetus es ad cultus arte vocare sacros.
Te capit inde suum gallorum è finibus actum,
Et tibi pastoris munus Olerio dedit.
Regia talis enim, talis queq̄ publica cura.
Quantis non dederint premia digna tibi
Præfuls ô vtinam quicumq̄, vocatur honorem
Exemplo nosset quid sit *επιτοκορεια*.

IOANNI OLERIO IVRIS
vtriusq̄, prudentis, causid. apud La-
ctorenses.

Debeo (confiteor) superent vt debita nostras
Fortunas mensa, quod sociasq̄, domo.

Qui necdum, longo licet id sit tempore, cessas.

Hac ratione potes creditor esse meus.

Accepti at memori mihi nil nisi carmina restat.

Qua si digna putes, debitor esse potes

Nam tua carminibus pensabo singula centum

Munera: sic poterò creditor esse tuus.

D. PETRO MALHOCIO AB-
bati Lata sylua felicis.

Annos post septem reducem cum patria vidit.

Ingenstum subito me tua sylua capit.

Hic post congressus nostros epulisq; meroq;

Regalis solito mensa parata fuit.

Casus fortunatè tuos mihi in ordine narras.

Vidisse & Romæ tecta superba caput.

Me breue tandem aliò tempus diuertere cogit.

Postremumq; vale dicere lucis amor.

Hortatus tandem es varijs sub casibus: vt sim

Contentus sorte, & qualiacunque feram.

IOANNI A CAPITEVILLA
officiali Lascurre.

De docto nuper rogans permulta nepote
Bordano: memini me tenuisse diem.

In quo te doctum agnoui, iurisq̄ peritum.
Promeritum terris, & super astra decus.

IOANNI A MARCA SENA-
ro. Apud Pali. digniss.

Me quanto fueris dignatus amore recordor,
Palina puerum cum me habuere scholæ.
Doctorum hortatus toties vestigia: mores
Prudentum, semper Palladis arma sequi.
Idq̄, lubens feci, facioq̄, obnoxius: illa
Munere quo reddi gratia tanta potest:

GVLIELMO VINEAE PRIM-
ario iudici æquissimo apud Pali.

Debitor vnde tibi & quali persolvere possim
Munere: sollicita mente reuoluo diu.
Fecisti ingenium teneris formare sub annis,
Cum te causidicum cœpit Olero prius.
Vinea ni mediter quod præmia nulla reposcit,
Ingenti qua auctos reddere dote solet.
Cum ramis nostros vinum, vvas donat in vsus.
Quæ sibi sæcundum scœnus opaca negat.
Sic non immerito cum me deuinxeris olim,
Non vis pensentur, munera muneribus.

Gratus es innumeris sicut, quibus arbiter aequus
Debita ab Aequali reddere lance soles.
Cum bene conveniant igitur cognoscira: rites.
Vinea legiseras tollet ad astra ferax.

PETRO CORNELIO IVDI.

Inclita si meminit Gracchorum Roma suorum,
Pro quibus erexit clara trophaea foro.
Formarat mater teneris Cornelia ab annis,
Qua sudore suos fecerat esse viros.
Lactera cum deivincta tibi fiet, esse peritum
Noscens: praefecit legibus, atq; foro
Nam inferior non es Gracchis virtute disertis:
Quando inter primos tu loca primus habes.

MATHEO PACCO PRAESI.
di meriti.

Nostra rei testes monumenta nepotibus acta,
Nec poterunt laudes secula tacere tuas.
Si referat merito censorem Roma Catonem:
Cumq; Pericle suos gratia iactet avos.
Te quoniam verbis potuit lenire furentes,
Nec quisquam melius si ena, modumq; dar:
Laudibus Amphion Thebana conditor arcis,

Si impleuit dignis solis vtr amq; domum.
Orpheus, arte Linus cythara potuere sequentes
Montes: Cum syluis saxa mouere sono.
Te melius potuit nemo ex armare leones,
Et faciles lingua reddere posse feros.
Qua potuere vna mirantur Socratis ora.
Dispersos homines vrbe vocare simul.
Ecceles potuisti iure vocare σοφίαι,
Legibus ex rudibus conciliare viros.
Te vrbs habuit postquam arbitrum Palina disertū.
Pectora mouisti barbariora Getis.
Pacci igitur Romanis ereptura triumphum
Nomina: non poterunt comminuere dies.

BLASIO QVINHARDO PRI-
mario Iudici apud Lactō.

Cum tua iam virtus terras excesserit imas,
Fecerit & sedem celsa sub astra suam.
Qua diuinum sortes, qua caelos nescit adire.
• Non posset laudes dicere musa tuas.

IOANNI VERDERIO PATRO-
no Regio apud Lactō.

Ecce tuas quid sit meditari carmine laudes:

Soli est ceratas addere velle faces.

DE ADAMO MALIPILO ME-
dico. Castanhono.

*Primus Adam generis fuit humani sator: arte
Hic seruat medica. en quantus vterq. fiet.*

LAVRENTIO BORSIO.

*Nontibi opus laudum cumulo doctissime Borfi.
Te quando celebrans fama loquetur anus.*

BERNARDO SCVRANO.

*Te ductore putat se Lactora iure beatam,
Sic sapienter agis.*

GVIL. PERRIERIO IVRISPE-
rito apud Lacto.

*Forsthan obscurum latuisset nomen auorum,
Luxisset virtus ni Tua claratuis.*

IOANNI OLIERIO.

Quòdtibi de viridi impositum est cognomen aliud

Num sorte est non nã docta Minerva dedit.
Qua duce te legum, iurisq; audire peritum,
Lactora semideum, teq; putare potest.

BERNARDO PAUTRICO
Iuris dis.

Non sunt suscipiendi claro à sanguine patres.
Quid tibi opus proavis? virtus dedit inclyta famã.

IOANNI VERDERIO.

Vt varijs terras picta arua coloribus ornant.
Te duce Verderi iura, forumq; vigent.

FVXINO IVDI. LACTO.

Quid de te dicam doctorum semita, virtus
Quem facit heroem, semivirumq; beat.

IOSEPHO CASTANETO
pro xenijs.

Cui nil est, pauper vis det tibi munera Tellus
Infœlix largas visue det Iruus opes.
Res, ego fortunãq; meas tibi forsitan vt dem.

*Vis Crase? en, meritò carmina pauca damus.
Fortuna nulla, mihi nil nisi carmina restat.
Pro xenijs igitur carmina pauca damus.*

BARTHO. FRAXINO.

*Laus tibi, surget honos ingens, nam fraxinus altæ
Extra iam sylvas fecit opaca comas.*

IOANNI OLIERIO.

*Te tua sublimem Iuris prudentia fecit:
Sanctio opes donat Iustiniana tibi.*

THOMASIO IUDICI.

*Διδυμοσ à grecis, nostris effertur abissus
Ambiguum doceat nomen origo licet.
Altera primus enim deberi corpora fato,
Humanis tenuit sedibus in superis.
Indita sunt igitur meritò tibi nomina Thoma:
Ius tibi diuinum, Casareumue placet.*

GABRIELI BVRGO IVRISCON.

Floribus insidunt vt apes astate serena

Sub varijs, vnde & dulcia mella legunt.
Calles intra, tuae sic nitunturq; clientes
Doctrina: vtilibus consilijsq; tuis.

DE SE ET GVIL. GVOBERTO
Bibliopola. Cum vellet edere deploratio-
nem Burdig.

Idibus vt fessi Neracensem venimus urbem
Septembris, mox nos Bibliopola videt.
Carmina Guobertum qua sint sub luce, rogamus.
Sine velit praelis edere: posse negat.
Quod Despauterij commiserat ante, minuti
Quod commissa hisdem scripta Catonis erant.
Dico premi interea nostrum sine nomine librum:
Ede igitur, si non vis monumenta mori.

GAVARO CVM REDIISET
ab exilio.

Fugisti flammam Gauare, crucemq;: quid ergo
Esse iterum miseri vis fera carnificis?

SIMONI COSTAE;

Quid costa es? volucrumq; canumq; nisi esca: quid esse
f

Ossa putas aliud sint nisi præda feris.
Os costa est, dantur canibus: quis nam neget ossa
Dura canes nunquid præda futura feris?

MATHEO LABATO.

Parmenidem nec te te Labate vocabo Melissum.
Leges, nam sapias, & iura Platonis habens.

DE FOEMINA BERNARDO
Podio charissimo & vicino.

Fœmina congressus, choreas thalamosq; iugaleis
Miraris quod amet: nescia pauca loqui.
Primitias toties veneri persolvere quærens.
En, fiet fuerat qui chorus ante, thorus.

PETRO TAUSINO.

Balbus eras Tausine, & eras tum sedulus, ut qo
Efferres: sed nunc lingua diserta tibi est.
Miratus toties balbi ora Demosthenis: ut qo
Protulerit, factus summis in eloquio.
Oratoris cœpisti ad vestigia quævis
Verba loqui: pellit Balbutiem ergo labor.
DE GLICIRIDE.

*Cur placuit multis mirari de sine, dicta est:
Qua de Glicerio, & Cryside, Gliciridis,
Moribus & cultu, verborum & origine ducta.
Nam olim quod duplex fœmina: sola potest.
Quantum amba qua nec solum telluris obiuit:
Sed se etiam ponto iura dedisse putat.*

ANTONIO SANHETANO.

*Vis nos Sanhettane igitur certamen inire,
Quod nomen duplex induperator ais.
At contra simplex græcorum more probabo.
Quo duces, veniam: non potes effugere.
Cognita si fuerit contentio, si arbiter æquus,
Tunc si non possis vincere, victus eris.*

BERNARDO CASAVCALIO
canonico las.

*Si meritò posses versu laudavies isto.
Inciperem subito dicere semideos.*

S. ANS. LACUMELLO.

*Qui nondum tua Lacumelle poemata legit,
Nescit inauditum te cecinisse melos.*

Nescit te vatem musarum habitasse recessum,
Et qua debetur μιδοδοσία tibi.

Nescit te tumido vatum torrente cloacas
Purgasse: Atq; lacum te cecinisse μείλαυ.

DE CACOPOETA BASTIERIO.

Cui non conueniunt cythara, portantur Asello
Sed qua clitella: est nonne poëta bonus?

DE DVOBVS INGRATIS.

Ecquid vobiscum mihi res est? fecit vterque
Saucia, quaq; recens pectora vulnus habent.
Illitam eheu sic debueras non mittere vestem
Alcidi infœlix Deianira viro.

In Semelen nec sic immittere Iuppiter iram.
Non sic Actæon Dilaniandus erat.

Quare cum antiquis mirari desino: possunt
Qui potuere deos, nos superare dolere.

GALATÆA.

Lux mea, delicia, vires, mens, vita, voluptas,
Redde animum, & noli me Galatæa mori.

POETIS DE TOLOSA CVM LV-
dis floralibus Boyr. Burdigalen. donatus
est viola.

Carminē quos certum est reges cecinisse cothuron
Materia ante quibus dicere bella fuit.

Et quibus est animus rerum describere formas.

In laudes veniant docta Tolosa tuas.

Florali Ausonios quoniam dignata triumpho.

Immortale decus, perpetuumq; facis.

Inuida gens potuit laudis, rerumq; tuarum

Burdigala esse: id cum viueret Ausonius.

Victa tamen cessit, cuius iam agnoscis alumnos.

Omnibus es postquam ditior aucta modis.

Inde tuum in nomen, noctesq; diesq; laborant

Muneribus solito quos cumulare soles.

Non quod opus laudata aliena laude fuisset.

Ex te, Cumq; tuis castalis vnda fluat.

Nam Perreri, & Fontaugeri scripta probantur.

Qua testes fama sunt monumenta tua.

Phœbus, ubi Pallas sedem voluere recepti.

Cernitur in tota Pieridum vrbe chorus.

Huc igitur vates: sed quisnam laudibus ornet

Te dignis dicat perpetuumq; decus?

GALATEAE.

f iij

Vrit amor (fateor, quis enim calauerit ignem)

Me tuus, ut cogas ni miserere moris,

Exanguis nostros pallor sic occupat artus.

Quid necdum vis te poenituisse mei.

Vt Galatea tuo vrar, nectangaris amore.

Nam coquit albentes non amor igne genas.

Sed quid opus cupidos vultus mutare colorem,

Si Caranita tuo tutus amore fruar.

Quare quo de me liceat sperare: voluntas

Fac eadem (queso) sit quoque corpus idem.

QVOD DIEBV S D. VINCENTI

ij non esset cessandum in Gymnasio.

Si non Vincenti sacros celebramus honores,

Non est lectores impia nostra domus.

Mos erat assidua quondam fuligine festum

Ignibus accensis, hunc celebrare diem.

Quod pia rotanegant doctis secere gregatim

Discipuli, et prohibet quod pietatis amor.

Indu sit nimium pueris vitiosa vetustas.

Lux quoniam studiis debuit ista teri.

Prisca igitur valeant, auidi rerum este nonarum,

Et qua sunt certa legis, imate precor.

A L I T E R.

Otia si non sunt, quamuis vincens adfit,
In nostra non est impia turba domo.
Maiores soliti fumo, & fuligine festum
Sanctius est studijs quem celebrare diem.
Lucis amore simul scdam protrudimus omnes
Barbariem: tenebris nec patet ista domus.

CANI CUI NOMEN DIANA
quam in scholis alebat.

Te quando volui canem Dianam
Inter delicias meas, vocari.
Forsan Phœbo agitante, sic volente
Fatus: vult quoniam sibi sacratos
Tutos Phœbus ab omnibus periclis.
Doctus quiq; tuam sagacitatem,
Noctes, atq; dies suam vocabat.
Inter sydera lunam enim vt micantem,
Te præstare alijs videmus: isthac
Noctu Luna vt abire per silentium
Fures fama refert, refert amantes.
Hos nobis Hecubas locos colentes,
Tu spurcasq; lupas vago latratu.
Nobis lumine sub tuo renudas.
Odit furta deus, schola & r'pinas.
Exercet veluti choros Diana.

Ludis perpetuo, in capumq; pugnas
Nobis, sunt pueris ioci recepti:
Est venatio grata vti Dianæ:
Seruas omnia docta, cui magister
Chiron, Blanditias tibi negauit.
Nasum ad fercula, & ad cibos culina.
Diua furta placent, tibi latrones.
A queis capta, quater scholas relinquens.
Quas vltro repetita dum latine
Audis non aliò loqui: rogasti
Supplex da veniam nimis vocate
Præceptor, studeo en tibi placere.
Ergote voluisse quis negabit
Sponte incumbere literis: iners ne
Esses, nomine digna nec Diana.
Quæ facunda comes vias agendo es
Nobis: Delitia mera Diana.

DE FERIIS VINDEMIARVM
ad iuuentutem lac.

Maiorum vitus, moresq; probare iuuentus
— Cum vult: nos ad idem tam pia causa mouet.
Scilicet vt fessa liceat sub viribus acres
Ponere curas, & corda lenare mero.
Quò requies studijs aptam (id permittere fas est)

Reddat: quo pectus nonue fatiget onus.
Non etenim Pallas immensas turribus arces
Erigit: Interdum ponit Apollo Chelim.
Non docet assiduos vitis Semeleus usus.
Gramina non semper puluerulenta metit.
Perpetuo florens non stat florum dea, cultus
Interdum terræ negligit ipsa Pales.
Panaq̄, nec Faunos, tangit Satirosq̄, peculi
Cura: nec infrendens captat ouile lupus
Non semper discit causas, & crimina, vinctos
Qui tenet in stigyis subditiōe reos.
Non Neptunus alit turpes sub gurgite Phocas.
Nec carpit lanas Attica virgo rudes.
Nec Vulcanus atrox semper fabrilia tractat.
Armaq̄, non Mauors castra peresus habet.
Interdum cura (quoniam sermone leuantur)
Fallunturq̄, suis tempora longa iocis.
Tadet & interdum musas habitare sub antris.
Tadet & Aonio tingere rore labra.
Pierijs nam (dixi postquam cecinere) Canœnis.
Sunt fontes placidi: & gratus amœnus ager.
Tumq̄, sub arboribus patulis requiescere gaudet.
Ruricola ex campis gaudia fessus habet.
Iure igitur virides vobis permittimus agros.
Grata simul studijs otia sollicitis.

DOMINICO PODIANO IVRIS

Studioſiſſ. apud Gymontanos.

Si fors virtuti & ſtudioſus reſpondeat: inter
Præcipuos te te Gallia ſuſpiciet.

CENACO ADVOCATO APVD

Lacto.

Virtus me tua compulſit patrone,
Felixq̄ ingenium, omnium diſerte,
Eruſitio ſumma, ne vererer
Ad te mittere literas: rudesq̄.
Teq̄, audenter adire, colloquiq̄.
Factum quis ſcelus id rogo putabit?

CENACVS PODIO SVO.

Niſi in forenſibus negotiis forem
Peroccupatus, ad tuas epiſtolas
Reſcripſiſſem, cui muneris tanto tuo
Perennem gratiam ſi non reſerre nunc
Queo: certe quod in me promptum adeſt, agam.

CENACO.

Perenne munus verſibus tuis reſers.

Mibi remunerationem, & gratiam
Beatiorum. quid dabunt ergo musæ
Ex munere hoc tibi vitam, tibi dies.

DE GEORGIO BUCHANANO
scoto præceptore suo.

Diuinum quisquam Buchananum neget esse
Vatem: cum sacro carmen ab ore fluat.
Te tua diuinum ostendit Medæa poetam.
Musa, facis, quod non præstitit vlla prius.
Grandisono buccas potis esq; inflare cothurno.
Per quem mira Chelis, arte sopita, sonat
Qui iure es Buchananus, distendere buccas
Cum possis: duce quo quæ pericere vigent.
Ergo cui possit rebus vitam dare talem,
Herocem quisquam, semideumq; neget?

GALATÆ

Virtutem Pallas, dat opes tibi Iuno superbas.
Corpora, Cum forma nec Cytherea negat.

STEPHANO FORCATVLO
iuris peritis.

Orphea cum superes, cedit tibi Pindarus. an non

Est illud superare duos?

GALATEAE.

*Cum det opes Iuno, Pallasq; artes, Venus ornet
Corpora, tu sola es quae Caranita places.*

GALATEAE.

*Te sine vita mihi nulla est, nec longius ire
Possum: Discrucior te sine, & emorior.*

*FRANCISCO BONADO AVGE-
ria, de opere suo cui titulus
Paulus.*

*Sunt tua Bonadi pro Paulo carmina, seculo
Aeterno digna, & prosperiore frui.
Nec mirum Parnasi, castaliosq; recessus
Cum imbiberis, ornas carmina sacra tropis.
Paulum, delicias Christi, celebrans tua musa,
Arcanas cecinit religionis opes.
Ergo perpetuum tua sacra poemata viuent.
Viuet & Vranie coelica musa diu.
Cuncta ruent (confirmo Christi verba manebunt.
Cum Christum celebres ergo, perennis eris.*

DE POETIS SACRA SCRIBENTIBUS.

Hesso, Bonado, Delpho, placuitq; Roseto
Vranie, nouit Mantua sacra suos.
Quid Sabellici, Vida, Sanazari, Beroaldi,
Commemorem tristi carmina digna die?
Diui nos faciunt quos diapoëmata: sacrum
Non nisi diuino carmen ab ore fluit.

GALATEAE.

Artibus Auguinenens, opibus Saturnia ditae
Te, tua & orta salo candida membra facit.

DE TRAGOEDIA MURETI
cui titulus Iulius Caesar.

Gracia sola prius tragicis inflata cothurnis,
Qua meruit precium vate sub Aeschileo.
Carmine Pindarici & cesset iactare Sophoclis:
Nec speret latium vincere posse decus.
Melpomene quoniam Mureti nomine vatis,
Romanam mauule ferre. pati q; togam.
Illius expressit violenta Tragœdia nobis,
Bruti, cum fato Casaris, arma ducis.

Amplexus formosa tibi, dare basia vellem.
 O esses nostro prada petit a thoro.
 Mecum vixisti nuper, mecumq̄ fuisti,
 Mansisti votis intemerata tamen.
 Non me atas puerum recipi matur a negabat:
 Cum plenis annis nubilis ipsa fores.
 Vix te Dulichius castissima flectere posset.
 Nec dare basium cecus amore puer.
 Tunc mihi talis eras, necdum Cytheræa placebat.
 Expers nam flammæ, tunc et amoris eram
 Num at adest atas, & amor sum factus adulus.
 Qui fueram puer, en conditione parem.
 Nunc Caranita veni, quando nos possumus ambo
 Aetate, & validi corporis ossa calent.
 O veniat tecum phætrati mater Amoris.
 Blande Cupido veni, nos tua turba sumus,
 Nostua turba sumus, nigra de nocte volantes
 Umbra, nil nostri causa timoris erit.
 Flammas, non ignem, strictos enses uè timemus.
 Nos quouis tutos tempore reddit amor.
 Ergo pulchra veni, valeant curæq̄, dolorq̄.
 Hæstes me medios detinet inter amor.

SANTIO PENAE.

Ne tenta nostrum Sancti Lenire dolorem.
Non posses, sola est qua Caranita potest.

DE SE IPSO.

Diuitias cumulent alij, sectentur honores.
Me placido foueat Pallas amana sinu.

DE PETRO BONACASSA
adolecente Ausci.

Quo pede cœpisti patria spes maxima: perge.
Hinc tibi surget honos.

IOACHIMO PERONIO.

Quid facies, Rami obtinuit sententia palmam.
Iam tuus est nullus factus Aristoteles,

DE PETRO PASCHALIO
& Francisco Reuergato.

Vitam posse duobus dare spiritum
Vnum corporibus, crediderat prius
Nemo: temporibus contigit his tamen.
Reuergato etenim, & Paschaliio vagam

Famam, mens Ciceronis dedit, & decus.

DE PETRO RAMO ET AVDO-
mario Talao.

Induerat Phœbus mortalia corpora nunquam,
Esset vt intacta Palladi corpus idem.
Accepisse simul geminorum corpora fratrum
Rami, & Talai, Gallia tota videt.

A I N I M A .

Corpus habet sensum, nasumq̃, auresq̃, oculosq̃,
Membra, pedes, vasti & viscera ventris onus.
Nil natura mihi dedit horum, nata creato
Sum, donec vitam nil nisi corpus ero.
Quod tamen exiguum gesto. sum nigra colore,
Aurea, & interdum sanguinolenta vocor.
Arx Priami monstris, quantisq̃ coloribus apta.
Tam mihi diuersus conuenit ille color
Est pater incertus, tellus mihi Barbara mater.
Qua sola interdum, sum sine matre soror.
Hospita vobiscum sum, necdum iura dedistis.
At me qui nescit, vix bene sanus erit:
Et qui me cernis, quoniam sum fratris alumna,
Esuris: heu nescis me mea vincla tenent.

SCUDERIIS VERDV. VALE.

Rura valete, valete sales, & iuris agelli
Culti, delitia rura valete mea.

Qua me bis senas luces epulisq, merogq,
Blandiloquos inter detinere iocos.

Hic vbi per placidè labuntur amœna fluenta.
Optatus quoties cogitur inde sopor!

Arida cum tellus Cancro est seruente, sub axe
Solstitij, in villa est omnibus umbra locis,

Vt taceam nemora, & siluas, hederasq, sequaces.
Queis Bacchus vatum creditur esse deus.

Debitus est et si quartus tum vitibus ordo,
De quibus his populus cornigerum esse putat.

Delitia hic tandè omnes, quas nò sponte relinquo,
Ad se me quando Lactora clara vocat.

Ergo valete sales, ruriq, valete coloni.
Ruraq, delitia Scuderiana mea.

CARMEN EX TEMPORANEVM
sub discessu ad Antonium Sanhetanum.

Mos erat antiquis dare Brachia, iungere dextras.
Extremum quando sustinere vale.

At soliti conuiuia lautaparare nepotes.
Ad suauis libuit sicq, vocare cibos.

Nunc igitur postquam ientacula sumpta fuere:
Dicere postremum restat amice vale.

Ast id penna negat digiti officioq, carentes
h

Scribere non possunt: lingua minusq̄ facit.
Ad luctus faciles nostros venere sorores.

Dant tibi pro extremo qua potuere, vale,
ANTONIUS DV SANHET

Berna. Podto sibi amicissimo longum vale.
Tu quoque chare vale, Musis & charior ipsis.
Et valeat quarum est nomine ceptus amor.

Christu ex corde pium pre or, vt primordia iuris
Det tibi quam facili discere posse via.

Vtere sed nobis etiam disiectus: opella,
Quoquo te poterit dextra iuuare modo.

Et dextram coniunge, licet ient arimus ambo:
Et tua nunc humeris brachia sterne meis.

Naq̄, nouo simul antiquo si mere fruamur: (decus.

Haud sceus, haud vitium est, quin mage lausq̄,
D. IACOBO A FUXO EPISCOPO

Lascure. Dignissimo Regis Nauarra
præsfecto à sacris Scrijs

Gloria Fuxensis præsul inctiss me gentis.

Que posset laudes dicere musa tuas?
Gallia lata quibus toties se iactat alumnis.

Non cadunt patres qua meruere tui.
Tu quibus inferior non es, contendere possit

Virtus aqua hominum, cum tua laude Deum.
Hinc Lucense solum vigilem cognouerat olim,

Quam tibi Olero locum præsulis antedaret.

*P*astorem Lascurrēsi praefecit ouili
postquam te nouit regia cura bonum.
*T*e sibi praefectum cognoscit patria regem
Henricum quando gallicus orbis habet.
*Q*uare muneribus praesul caelestibus uti.
Et caelo, & terris nomina perge dare.

PETRO A SANCTO ANIANO
cum via se accingeret.

*E*n breuiora praefecturo tibi carmina mittunt
Musa: susceptum ne remouentur iter.

CAROLO PONTANO LVCEN.

*B*urdignala pueros olim uidere Camæne
Palladis arma sequi, remq; locumq; parem.

*P*atria communis dederat, coniunctio morum
Dulcem quam studijs auxit amicitiam.

*I*lla perit, constans ista est Cicerone probante
Cum studijs utinam crescat & illa fide.

BERTTRANDO CARBONEL
lo Salano protono.

*V*irtus, aqua tibi pro aui ornamenta dedere.

*P*erpetuum illa decus, nobile stemma patres.

*M*agnus in Italia es, pretio maiore futurus

*I*n patria: ergo redi se tibi tota parat.

DE FOELICITATE HVMANA

*A*d Ponthum Carbonellum Salanum.

*V*is beatus viuere, amas quietem.

Ponthe, cum curis vigiles dolores,
Ne diu vitam miserè fatigent,
Neglige constans.

Sit quies mollis paribus cum amicis,
Sit fides simplex, lepidi lepores.
Pescito semper requiem in suprema
Sede beatam.

Sunt breues luges, genus, & propago.
Omnia vno sunt peritura raptu.
Spiritus viuet: superos cole ergo
Mente beatus.

IOANNI PERCINO LACTO.

Te, quando fortuna, scientia, honosq³ bearunt:

Quisnam semideum neget?

MARTI. PERER. SENA. PALLI.

Quem te alios inter dicam facunde Pereri?

Quem? vix sollicitus scio.

DE CUIATIO TOLOSATE.

Cedite Felini, Baldi, iam cedite Pauli

Restituit leges, splendori & iura Cuiatius.

RAIMVN. COLUMBO LVCEN.

Lux cum sis quondam patria Columbe futurus.

Musas sic colito fauens.

FR. A. MONGVILOTO ANGV-

sturiano, & Dyonisio Artigalio Lucen.

Vinite perpetuum, quibus est mens, vna voluntas:

Dum colitis pura religione deum.

FR. ALNALDO A FLOREN.

*Debeo primitias, corpus, cui denique vitam. en
Omnia reddo tibi.*

FR. PETRO TRISSONEO.

*Gratia magna tibi debetur Trissone: quando
Ignotum recipis lubens.*

MONGVILOTO PODIO FRAT.

*cum certior factus esset de obitu matris.
Ne mirere diu durare silentia Musa.
Impediior lachrymis.*

EPITAPHIA

*D. Tristandi Monnenhi equitis nobi
lissimi. Περσωντορισε.*

Qui corpus rovente vides exangue sub urna.

Qua fuerit vita perlege summa mea.

Stirps generosa dedit mihi quondam nomen auorum.

Atria stemmatibus nam nituere domus.

Baccae terrae tulit, me Gallia cepit adultum.

Auxit ibi famam Regia cura meam.

Annos me Taurini aliquot tenuere sub armis.

Per Pe demontanos non sine nominibus.

Cōsiliis hic Monnenhi omnes clamasse sequamur,

b ij

Fama adhuc Hispanos me metuisse refert.
Oppida, qui postquam armis vrbes, castra subegi.
Francisci vt regis sub diuisione forent.
Patria me renocat, multis quem vota beauerunt
Rege sub Henrico, publica muneribus.
Namq; ducem Nauarrensi me sedulus vrbi
Præfecit, patriæ rex cupidumq; meæ.
Burdigalam rex me gallorum Henricus ad vrbero
Ire iubet: metuit dum sibi ab insidijs.
Illum turba imponere vectigalia clamat
Consurgens modios annua velle salis.
Interdum hac turba superat sententia voces.
Interdum tutos cogor adire locos.
Geryone, Alcides, tauriq; leone peremptis.
Penthesilæa, apro, cum Diomedis equis.
Cum cane deus Stymphalidas utq; volucres.
Belua opus durum mi populosa nouat.
Non duo, sed vidi capita Hydra mille renasci.
Burdiguala cum sex in mea fata vnit.
Duplicat ecce tuis iram, vexilla leuauit.
Eripit è Castro me, insidiosa Tubæ.
Publica recta subi magna stipante caterua.
Infandum volui quando negare scelus.
Torque vbi detracto, pectus mucrone recludit.
Ingeminat gladios, corpora datq; neci.
Sic me florentem armis truncum vita reliquit.

Sic preſſi gelidam vile cadauer humum.
Me miſerum! vt gladijs conſoſſit corpora: vitam
Plebs ad aquas rapuit magne Garumna tuas.
Quingentis, ſenis octo, annis mille, calendis
Mensis ab Auguſti, Monnenhianus obi
Corpus in aue abs te vindictam Henrice reclamat.
ſunt regi audita id, qua faciente preces.
Non autor fortasse ſuit fortuna, petiuit.
Sed Deus: in populo cum videt eſſe luem.
Munditiam mentis Deus, affectusq; requirit
Discat vt exemplo plebs reſecare malos.
Sunt quoq; verba Dei cunctis meditanda tonatis.

Pœnas nam patimur, qua meruere mala.
Ipſe datus morti, quoniam ſic ſata tulere.
Burdigala iaceo contumulatus humo.
Corpus humo, ſuperis mens, fama annalibus vrbis
Eſt data: ſic regi eſt cognita noſtra fides.

Qua rata ſunt, diſcant vt per monumenta nepotes
Qua voluere homines, qua potuere Dei.

EIVSDEM MONNENHIA. TV-
mulus. Ad generoſiſſimum Antonium Bor-
bonium vindocinorum principem.

Aſpiciens tumulum cuius ſit ſcire laboras
Forſin: Triſtandus Monnenhianus ibi eſt.

Qui ſacundus erat; belli, argutaq; peritus
Hiſtorie: Hiſpani quem timuere truces.

Quem postquam vidit belloq; armisq; potentem,
Invidiam metuens: Mars stetit attonitus.
Spicula dat Parca de cœlis Iuppiter altis:
Exaudit postquam vota soluta Dei.
Parca scelus tamen audet non committere tantum,
Cognouit postquam cum pietate virum.
Burdigalam precibus flectit crudelibus usam
Telis: hic quoniam corpore pressit humum.
Tristandus cœlos igitur, sibi debita fato,
(Fama quidem remanet) regna beata perit.
Non poterit nomen cariota abolere vetustas:
Floret enim virtus vulnere pressa magis.
Horati, nusquam si sit moritura Camilli,
Fabricij, Decij, fama q; Scipiadum.
Pompeij, Fabijq; superstes fama Caronis.
Pro patria quoniam multa salute tulit.
At te si pietatis amor pellexerit vnquam,
Dux, age Tristandi molliter ossa cubent.
D. MARGVARETAE VALE-
fia, Regina Navarrorum.
Cum Musis Charites cur tot suspiria ducunt?
Cur phœbus fregit pleetra? Minerva iacet.
De elle mesme.
Mort est le corps, l'ame est volée aux cieulx.
Le corps est mort, L'esprit ha iouissance.
France ha perdu sontresor precieulx:

Qui la guardoit en tout temps de souffrance.
Helas mon dieu, quel dueil! quelle greuance!
Las quel malheur en ha la republicque:
Aiant perdu tout son espoir vnicque.
De toutes fleurs elle obtenoit le pris,
Tu as este (Atropos) trop inicque,
Quand de ton dard la Marguerite as pris.

MAGNANIMI FRANCISCI
Valesij Regis Gallorum.

Tres annos Charites, cur iam fleuere sorores?
Cur pullam sumpsit Pallas? Apollo iacet.

IOANNAE A COSTA MA-
tris & Ieanna sororis ad victorem. Dia.

Quis iacet hic? soror. Illic quis? ne quare viator.

Marris enim ossa mea me miserū! vna tegit.

LVCAS VRDESIVS, GERMA-
na Rosignoli vxori sic posuit.

Germanā Vxorem, ante diē, heu sic! parca parentē,

Ten' decuit nato. & surripuisse mihi?

LVCÆ VRDESIO PATRONO
disertiss. apud Tolosates.

Quid luges, nec agis causas doctissime Luca?

An quia nunc vita dimidium vxor obit?

D. ANDREAE GOVEANI

Lusitani ad victorem.

Ecce hic quem tumulum vides viator,

Phæbo est, numinibusq; consecratus.
Chrysis nam fuerat Dei sacerdos.
Si quem secula prisca cogitarunt.
Se totum quoniam nouem sacrarat
Musis: verus Apollinus sacerdos.
Triste ergo Gouueani ibi sepulchrum
Terris semiuiri, à deis vocati
Cælos, semidei vides viator.

EIVSDEM TUMVLVS.

Burdigalensis amor, quondam prefectus ouili
Pierio, hic patria gloria summa iacet.
Gymnasio postquam reuocat Pax Iulia: Phæbi
Ductorem rursus regia cura facit.
Phæbus quando satis nouit sua iura dedisse,
Notum vbi vult diuis, huc super astra vocat.

BRIANDI VALLI SENATO-
ris Burdi.

Condita quod parua valli sunt membra sub vrna:
Ne mirere, animus redditus est superis.

CLAUDI BVDINI.

In quo certauere scientia, honosq; decusq;
Et cuius laudes pagina rara tacet.
Luminibus cassum mirari de sine: namq;
Non obeunt sedes qui meruere pias.

LVDOVICI PVTEANI

Allobrogis.

In quo Pierides sedem voluere sorores
Hic iacet, exigua contumulatus humo.

PODII MEDICI BVRDIGA.

Ad lectorem.

Ne tua sollicitet, lector, prae cordia luctus.

Vix lachryma facient ad pia busta tua.

Parca manum iniicit, corpus sine nomine linquens.

Heu funesta dies! heu fera parca nimis!

Illa quidem rapuit corpus, non nomina, viuit

In caelis, volitat nomen in ora viriui.

Ille etiam poterat venienti occurrere morbo,

Et medica Parca pellere tela manu.

Ast est vita mori. Et mors viuere, viueret ergo

Vt cum caelicolis, maluit ille mori.

CENACI ADVOCATI APVD

Lactor.

Quis iacet hic? Cenacus, quis Cenacuse in vrbe

Quo non in tota doctior alter erat.

Sic ne ergo periisse putas, vitaeq; peremptum

Lactora? Cenacus non obiit, sed abit.

DE EODEM.

Lactora bellipotens duplici circumdata mure

Cur tristis tantas soluitur in lachrimas?

Vibis fama, decus sub marmore gloria duro.

Hic quoniam tecum docte Cenace iacent.

DE EODEM.

Phœbus cū terris mortalis viueret olim
Ornatus fama, neminibusq; bonus.

Dicite Cenacum diuum mortalibus inquit.
In terris restat, dicite, si qua fides.

Vna diu vixit patrie laus maxima, cœli
Siderei virtus, quem super astra tulit.

IACOBI TVSANI.

Quisnam hac dic rogo, cœnditur sub vrna?
Καλὸς, ἀνολόγος, Σοφὸς, πρὸς δὲ λυτὸς.

IOANNIS REGII LAVDUN.

Natus Lauduni Auscensis ciuisq; iuuenta
Est mediator in hac contumulatus humo.

DE EODEM.

Φιλοπῶν & decuit, duxitq; obijtq; apud Auscos.
Fœlicem ad vitam quid superesse putas?

D. ARNALDO A FVXO ABBA-
ti Lucensi meritis.

Debeo nostrarum præsul dignissime rerum
Primitias, veteri reddere lege tibi.

Hac nisi vouissem omnipotēti epigramata Christo.
Sumere te cuperem velle patrocinium.

Sic etenim solito dignaris honore Camœnas:
Ut tibi Pierides carmina multa parent.

Immortale dabunt tibi quæ monumenta potis,
Si pergas scriptis sponte fauere pijs.

ROMAE DE PETRO MAVLIO
Durbanum Senatoye Tolofano.

Quae mirata olim Ciceronem es Roma disertum,
Quid si Durbanum vidisses? Num stupuisses?
Aliter.

Situa Durbanum genuissent secula Tulli,
Vix emanasset gloria tanta tibi

PETRO FONTAUGERIO CAV.
fidico disertiss. de libello.

Vult prius fugiens blattas, tineasq; repente
Libertate liber liberique frui.

Immineant absente at quanta pericla parente
Non videt: atq; minus consulit ipse sibi.

Ferre preces querulus, me a posseq; verba recusat.
Cœpit quin rursus crescere lucis amor.

Est cacus, sum mitis ego pater, omnia fallunt

Nos: at tu admonito, & consule, quod faciam.

Tunc neq; liore, invidiam te putabo timendam

Esse: hic tunc poterit tutius ire liber.

Liber a me a labijs iniquis.

AN.

22.



Regia pauo aliñ. Vnceri dilecta co-
lumba.
Grata fiet: nřm dngat oliua caput.



OFIEL
T
S
Cur
In promptu ra
Dobit
Sapient
Ingeni
Quoniam
A
Sicut
A
Si Deus
N

GVLIELMVS PERRIERVS
Tolosas, Lectori. De Podio.

SI petis o lector, ramum frondentis oliua
Cur tenet in digitis iste poëta sus?
In promptu ratio est, hac quum sit Palladis arbor,
Debita quàm docto cui magis illa viro est.
Sat patet hunc sacra baccas gustasse Minerua,
Ingenium cuius carmina culta probant.
Quàm plures alijs laudantur versibus, esto,
Ast elegis Podio non reor esse parem.
Si tam dulce melos prima lanugine fundit,
Aeuo quid faciet vel properante Senex.
Si Deus in longos vitam sibi proreget annos,
Maximus hic vatum temporis huius erit.

Redime me à calumnijs hominum.

COLLEGIUM THEOLOGICUM
Ypsala, Lipsiae, De Pöschel.

1. In nomine domini Amen. Quia
concordia est pax, et pax est
libertas, et libertas est concordia.
Et concordia est pax, et pax est
libertas, et libertas est concordia.
Et concordia est pax, et pax est
libertas, et libertas est concordia.
Et concordia est pax, et pax est
libertas, et libertas est concordia.
Et concordia est pax, et pax est
libertas, et libertas est concordia.

